

# EPISTULA LEONINA

## CXCVII

HEBDOMADALE  
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
QUOD ĒDITUR  
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXCVI** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**CENTESIMAM NONAGESIMAM SEPTIMAM (197) !**

## ARGUMENTA

HORAS NON NUMERO NISI SERENAS.....	03
FABELLA GRIMMIANA: <i>Die kluge Bauerntochter</i> .....	04-08
VOCABULA TRANSPORTATIONIS etc. (V).....	09-20
DE MICHAELE IESU OLISIPPONENSI LATINITATIS AMATORE.....	21

## LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS AMANTIBUS SAL.PL.DIC.


### *Cara Lectrix, Care Lector,*

*nunc tandem tibi offero Epistulam Leoninam centesimam nonagesimam septimam (197). Sive argumenta tibi placent sive displicent, scribas nobis quidquid tibi in buccam venerit. Gratias tibi ago in antecessum.*

*Denuo cena tibi apposita est opipara: tolle lege fruere!*

**Medullitus Te salutat  
Nicolaus Groß**

**Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,  
Die Mercurii, 17. m.Apr., a.2019**



ALDEBURGH'S MOOT HALL, in Angliã.

**HORAS NON NUMERO NISI SERENAS**

# FABELLA GRIMMIANA

## 94. De filiâ agricolae prudenti



Aliquando fuit agricola pauper, qui agrum non habuit, nil nisi domunculam filiamque solam. Tum filia: »Nonne Dominum Regem rogemus de laciniolâ novalium<sup>1</sup>?« Rex cum audivisset de paupertate illorum, etiam donavit angellum caespitis, quem puella eiusque pater pastinaverunt, ut ibidem sererent aliquantulum frumenti et cuiuslibet frugis. Agro ferê toto pastinato in humo invenerunt mortarium auri


<sup>1</sup> \***laciniola novālium** orig. *ein Stückchen Rottland*. Deminutivum verbi lacinae invēni hōc loco, ubi non agitur de parte terrae, sed de heraldo nobili: Silvestro Pietrasanta, *Tesseræ gentilitiae*, Romae 1638, p.577sq.: “Nec aliter admissi ad militiam Torquatorum Equitum aurei velleris Principes Hispaniae, dum parentes eorum reges viverent ac rerum potirentur; nec inquam aliter, quam cum hac **laciniola** trifariam dirempta, in eius ordinis albo, describi tesseras suas voluerunt, uti refert Ioannes Iacobus Chiffletius. Ceterum singularis est trifida **laciniola**; aut argentea, cuius pedes dimidii tantum ostro sunt imbuti; aut punicea, in qua sit adhuc alia huiusmodi **laciniola** exilior aurea; quasi ea bis frangatur symbolum prosapiae.”

puri plenum. Tum pater dixit puellae: »Audi! Cum Dominus noster Rex tam propitius fuerit, ut donaret nobis hunc agrum, debemus illi dare hoc mortarium«. Filia autem hoc nolens: »Atta, si mortarium habemus, sed non pistillum, oportet etiam afferamus pistillum, itaque melius est rem reticere«. At pater cum nollet filiae obtemperare, mortarium sumptum ad Dominum Regem attulit et dixit idem a se in ericeto esse inventum; num rex vellet idem accipere donum? Mortario accepto rex quaesivit, nonne agricola plus invenisset? Tum agricola respondit: »Haud plura«. Deinde rex dixit, ut ille nunc etiam afferret pistillum. Tum agricola respondit se pistillum non invenisse; at hoc ei haud plus profuit, quasi in ventum dictum esset; agricola in vincula coniectus est, ut tamdiu custodiâ teneretur, usque dum pistillum afferret. Ab officialibus cottidie eidem viro afferebantur aqua atque panis, quales cibi solent praebere captivis, tum subito audiverunt verba viri iterum iterumque clamantis: »Eheu, utinam audivissem verba filiae meae! Eheu, utinam audivissem verba filiae meae!« Tum ministri ierunt ad regem eique narraverunt semper semperque clamare »Eheu, utinam audivissem verba filiae meae! Eheu, utinam audivissem verba filiae meae!« neque velle comedere neque bibere. Tum rex ministris imperavit, ut captivum ad se ducerent, et Dominus Rex quaesivit ex agricolâ, cur dicere non desineret »Eheu, utinam audivissem verba filiae meae!« - »Quidnam dixit filia tua?« - »Illa dixit ne ego mortarium traderem, alioquin mihi esse etiam pistillum afferendum«. »Si habes filiam tam prudentem, iube illam huc venire«. Itaque filia agricolae iussa est adire regem; is ex illâ quaesivit, num esset tam prudens, et dixit se velle illi aenigma proponere, quod si solvere scivisset, a se in matrimonium ductum iri. Tum puella dixit se velle aenigma solvere. Tum rex: »Veni ad me« inquit, »neque vestita neque nuda neque equitans neque vehens, neque in viâ neque extra viam, et si sciveris hoc facere, te in matrimonium ducam«. Puella autem fuit nudissima<sup>2</sup>, ergo non vestita, et sumpsit magnum rete piscarium, cui insedit et quod sibi totum circumvolvitur, ne iam esset nuda; et pecuniâ datâ mutuata est asinum, cuius caudae rete alligavit, quo ab asino traheretur, eoque modo neque equitavit neque vecta est; puella autem ab asino trahenda erat in orbitâ, ut terra non tangeretur nisi hallucibus, ergo hoc factum est neque in viâ neque extra viam.

---

<sup>2</sup> **nūdissima** orig. *splinternackend*.

Puella cum sic attraheretur, rex dixit eam aenigma solvisse et omnia postulata ad effectum esse adducta.



Tum rex patrem huius puellae e custodiâ liberavit eamque in matrimonium duxit eique mandavit totum bonum regale. Nonnullis annis elapsis Dominus Rex profectus est ad pompam militarem instituendam; tum factum est, ut agricolae curribus suis vecti ante castellum consistenterent, qui ligna vendiderant; alii boves adiunxerant, alii equos. Aliqui fuit agricola, qui habuit tres equos, quorum unus pepererat eculeum, qui aufûgit et decubuit inter duos boves, qui fuerunt ante currum. Deinde agricolae congregati coeperunt inter se rixari et mulcare et strepere, et agricola boarius eculeum retinere volens dicebat boves eum habuisse, et alter hoc negavit et dixit equos suos eculeum habuisse ideoque eum esse suum. Ista litigatio cum prolata est rêgi diiudicanda, is edixit eculeum ubi iacuisset, ibi ut maneret; itaque eculeus acceptus est ab agricolâ boario, cuius non fuerat. Tum alter agricola abiit lacrimas lamentansque de eculeo suo. Īdem autem audiverat Dominam Reginam esse misericordem, cum genita esset a rusticis pauperibus. Tum illam adiit rogans, num se adiuveret, ut recuperaret eculeum suum. Tum regina: »Si tu« inquit, »mihi promiseris me a te non proditum iri, tibi hoc dicam. Cras bene mâne, rêge pompam vigilum aspectante, tu consiste mediâ in viâ in loco quem ille praeteriturus est, sume magnum rete piscatorium et simula te piscari, ne desinas piscari, et rete effunde, quasi plenum sit piscium« eique etiam dixit quid responsurus esset a rêge rogatus.



Itaque postridie agricola constitit in loco arido. Rex praeteriens cum hoc videret, cursorem illuc misit rogaturum, quidnam vellet iste morio. Tum agricola respondit: »Pisces capio«. Tum cursor quaesivit, quo nam modo piscaretur aquâ absente. Deinde agricola: »Si duo boves pariunt eculeum, quidni ego piscari possim in loco arido?«. Cursor autem ad regem recurrit eundemque de responso agricolae certiosem fecit: Tum rex agricolae arcesso dixit eum illud de bobus deque eculeo non suâ sponte dixisse, a quo homine agricola illud accepisset? Ut statim confiteretur! At agricola confiteri noluit semperque dicebat »Per Deum!« se hoc suâ sponte dixisse! Necnon agricolam fasciculo stramenti impositum mulcaverunt tamque diu vexaverunt, usque dum confiteretur se illud audivisse e reginâ. Rex autem domum reversus uxori suae dixit haec: »Quid me fefellisti? Nolo iam te esse uxorem meam; tempus tuum transactum est, redi illuc, unde venisti, in casulam tuam rusticam«. Tamen rex mulieri permisit, ut secum auferret rem omnium rerum, quas novisset, carissimam atque optimam; hanc rem ei fore donum valedictorium. Tum ea: »Heus care marite« inquit, »si hoc imperas, ego faciam« eumque vehementer amplexa et osculata dixit se velle ei valedicere. Deinde mulier famulum iussit afferre potionem somniferam fortissimam, ut cum rège biberet in valedictionem: rex magnum haustum sumpsit, ea minorem. Tum rex mox arto somno sopitus est; hôc viso mulier ministrum advocavit et pulchro panno linteo sumpto

regem involvit, et ministros iussit eum portare ad currum ante portam positum, et mulier regem vexit ad domunculam suam. Ibi maritum collocavit in lectulo suo, et rex ibi dormivit et dormire non desiit die noctuque, et tandem expergefactus circumspiciens dixit: »O Deus, ubinam sum?« et ministros suos vocavit, sed nemo adfuit. Tandem uxor eius ante lectum stans: »Care Domine Rex« inquit, »quia mihi imperavisti, ut e castello mecum sumerem rem mihi carissimam atque optimam, et quia nihil habeo melius atque carius quam te, huc adduxi te ipsum!« Haec verba cum audivisset, lacrimis obortis rex: »Cara uxor, tu sis mea et ego sim tua« eamque secum reduxit in castellum et denuo cum eâdem nuptias fecit; et verisimile est eosdem adhuc ibi vivere tempore hodierno.



**HANC FABELLAM GRIMMIANAM**

***C.T. Die kluge Bauerntochter***

**IN LATINUM CONVERTIT**

**LEO LATINUS**

\* \*  
\*



# **VOCABULA TRANSPORTATIONIS ET VEHICULORUM (V)<sup>1</sup>**

ex Orbe Picto pentaglotto excerpta et Latinê reddita

**CORBEIL, Jean-Claude/ ARCHAMBAULT, Ariane:**

**PONS Bildwörterbuch Deutsch-Englisch-Französisch-Spanisch-Italienisch. Stuttgart etc. (Ernst Klett Sprachen) 2003. N = NOVA EDITIO: a.2011.**

In hōc Orbe Picto mirabili 35.000 (triginta quinque milia) notionum imaginibus sunt illustrata et quinque linguis Europaeis denominata: Theodiscâ et Anglicâ et Francogallicâ et Hispanicâ et Italicâ. Nos autem coepimus addere vocabula Latina, quorum hōc loco praebemus partem primam, quae spectat ad astronomiam. Provinciae rerum, quarum imagines et vocabula in Klettiani Orbis Picti paginis 920 (nongentis viginti) inveniuntur, sunt hae quae sequuntur:

**I. ASTRONOMIA – II. TERRA – III. REGNUM PLANTARUM  
– IV. REGNUM ANIMALIUM – V. HOMO – VI.  
NUTRIMENTA ET INSTRUMENTA COQUINARIA – VII.  
DOMESTICA – VIII. PLASSATIO DOMESTICA ET OPERA  
HORTULANA – IX. VESTIMENTA – X. INSTRUMENTA  
PERSONALIA – XI. ARS ET ARCHITECTURA – XII.  
COMMUNICATIO ET INSTRUMENTA GRAPHEICA – XIII.  
TRANSPORTATIO ET VEHICULA – XIV. ENERGIA – XV.  
SCIENTIAE – XVI. ATHLETICA ET LUDICRA.**

Babae, quanta copia! quanta ubertas! quanta multiplicitas! Qui Orbis Pictus etiam lexicographis Latinitatis recentioris est aurifodina et cornu copiae. Nam iidem vocabulis linguarum, praesertim Romanicarum, in eodem indicatis usi saepe perfacile inveniunt vocabulum Latinissimum. En cara Lectrix, care Lector, habeas novam partem huius enchiridii singularis vocabulis Latinis ditificatam.

Nicolaus Groß  
LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.com/>

---

<sup>1</sup>cfr EL 163, p.5-8: VOCABULA ARTIUM ET ARCHITECTURAE (VIII); EL 185, p.21-27 (IX); 186; 187; 188; 189; 190; 191; 192; 193; 194; 195;196.

Theodiscê	Anglicê	Francogallicê	Hispanicê	Italicê	Latinê
<b>p.686</b>	accessories	accessoires	accessorios	accessori	<b>rēs accessōriæ</b>
<b>Zubehör</b>					
<b>Anhängerkupplung</b>	hitch ball	boule d'attelage	gancho de arrastre	occhione di traino	<b>cōpulātiō currūs adnexī</b> [2./3. Antonio Bacci, Lexicon vocabulorum quae difficilium Latine redduntur. 4.ed., Roma 1963, p.649 ]
Unterteil	ball mount	ferrure d'attelage	enganche de bola	supporto della sfera	<b>ferrāmentum cōpulātivum</b>
<b>Starthilfekabel</b>	jumper cables	câbles de démarrage	cables de emergencia	cavi di accoppiamento	<b>capulum *mōtrī expediendī</b>
Kabel	cable	câble	cable	cavo	<b>capulum *mōtrī expediendī</b>
schwarze Klemme	black clamp	pince noire	pinza negra	morsetto nero	<b>fibula nigra</b>
rote Klemme	red clamp	pince noire	pinza roja	morsetto rosso	<b>fibula rubra</b>
Fußraummatte	floor mat	tapis de plancher	alfombrilla	tappetino	<b>matta pedālis</b>
Windschutzscheiben-Sonnenschutz	sun visor	pare-soleil	parasol	parasole	<b>*parasōlium vitri *antiāerī</b> [1. cfr Ammiani Marcellini rerum gestarum qui de 31. supersunt, libri 18., editio posterior, ed. Hadrianus Valesius...Parisiis 1681, p.531: "...umbraculum, Galli parasolium vocamus" ]
Skiträger	ski rack	porte-skis	porta-esqui	portasci	<b>sustentāculum *scridārum</b> [cfr Tuomo Pekkanen, De Finnis cornutis, Nordlit 33, 2014, p.228, n.11: *scrida, *scridare, *scridatio, *scridator, -trix... sunt neolatina et recentissima, , quae ex prima parte (Scridi-, Scriti-) nominis Scridifinnorum derivata in Nuntiis Latinis Radiophoniae Finnicae Generalis adhibentur. Narta, nartare, nartatio, nartator, -trix, quibus in Lexico auxiliari Christiani Helfer (ed.1991) 'Ski', 'Skilaufen', 'Skikauf', 'Skiläufer' vertuntur, sunt neologismi et pertinent imprimis ad sclodationem, 'Schlittenfahrt', nam narta est sclodia Samoiedorum, quae adhuc est communis in regionibus arcticis".]
Kreuzschlüssel	four-way lug-wrench	clé en croix	llave en cruz	chiave a croce	<b>clāvis cruciāta</b>
Schneefeger mit Eiskratzer	snow brush with scraper	balai à neige à grattoir	escoba de nieve con rascador	spazzola da neve con raschietto	<b>ēverriculum nivāle cum rādulā glaciālī</b>
Dachträger	roof rack	porte-bagages	baca	portabagagli	<b>sarcinae sustentāculum</b> [Eichenseer, Latinitas viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.41]

Wagenheber	jack	cric	gato	cric	<b>*ēlevātrum *autocīnētī</b> [1. cfr Jose Juan del Col, Diccionario auxiliar: español-latino para el uso moderno del Latín, Bahía Blanca 2007, p.490, s.v. gato: "(aparato que permiete levantar grandes pesos a poca altura) elevatrum sive levatrum, i n. (curuus)."]
Kurbel	handle	manivelle	manivela	manovella	<b>cūpa, -ae f.</b> [CATO rust.12; 21]
Sonnenrollo	roller shade	store à enroulement automatique	cortina de enrollamiento automático	tendina parasole avvolgibile	<b>*dēvolūcrum sōlārium</b>
Fahrradträger	bike carrier	porte-vélos	portabicicletas	portabici	<b>sustentāculum birotārum</b> [2. cfr COD.Theod.6,29,2,2; Civis Romanus 1/1908, p.15]
Autoplane	car cover	housses pour automobile	funda de automóvil	telone proteggiauto	<b>operīmentum *autocīnētī</b>
Kindersitz	child car seat	siège d'auto pour enfant	silla de coche para niños	seggiolino per auto	<b>sēdēs puerīlis</b>
<b>p.687 Wohnwagen</b>	caravan	caravane	caravana	rimorchi e autocaravan	<b>*remulcamen habitabile</b> [cfr Latinitas 1976, p.250: habitaculum remulcatum]
Vordachrinne	awning channel	glissière d'auvent	ranura para toldo	telaio per tenda esterna	<b>sulcus suggrundae</b>
Dachluke	roof vent	aérateur de toit	ventanilla de ventilación del techo	presa d'aria sul tetto	<b>*phōtagōgus tēctī</b> [Carl Ludwig Bauer, Deutsch-Lateinisches Lexikon, 3.ed., Breslau 1806]
Lufteinlass	side vent	aérateur latéral	respiradero lateral	presa d'aria laterale	<b>*phōtagōgus laterālis</b>
Karosserie	body	coque	carroceria	carozzeria	<b>ploxenum, -ī n.</b> [CATULL 97,6; Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.44]
Sonnenblende	sun visor	pare-soleil	parasol	visiera parasole	<b>*parasōlium, -ī n.</b> [1. cfr Ammiani Marcellini rerum gestarum qui de 31. supersunt, libri 18., editio posterior, ed. Hadrianus Valesius...Parisiis 1681, p.531: "...umbraculum, Galli parasolium vocamus"]
Propanflasche	propane gas cylinder	réservoir de propane	tanque de gas propano	bombola di gas propano	<b>lagoena *propānī</b>
Hydraulik-Heber	hydraulic jack	vérin hydraulique	gato hidráulico	martinetto idraulico	<b>*ēlevātrum hydraulicum</b>
Stützfuß	landing gear	béquille d'appui	amarre anterior retráctil	supporto anteriore retrattile	<b>fultūra anterior retractilis</b>
Anhängerkupplung	towing hitch	tête d'attelage	enganche del remolque	gancio di traino	<b>tēmō *remulcāminis</b> [2. cfr Laurent Bouchel, Decretorum Ecclesiae Gallicanae, p.1235 D: "Alioquin dictae literae executioni non demandabuntur, nisi super illis literae annexoriae a nobis seu officiali nostro in solita forma obtineantur." ]
Anhänger	trailer	remorque	remolque	rimorchio	<b>*remulcāmen, -inis n.</b> [Varii neologismi iam sunt propositi: <b>auxiliarius currus</b> (Bacci, sec. Avenarium, Palaestra Latina n.164/1958, p.480), <b>currus</b>

					<p><b>supplementarius</b> (Avenarius, Palaestra Latina n.164/1958, p.480), <b>remulcum</b> (P. Iosephus Mir, Palaestra Latina, n.164/1958, p.482), <b>currus adnexus</b> (Bacci, 1963, p.649), <b>currus secundus</b> (Latinitas 1963, p.32), <b>currus remulcatus</b> (Egger, Diurnarius Latinus, Roma 1980, p.65). – Revera haec notio difficilium Latinè denominatur: Nam trium linguarum romanicarum (italicae, hispanicae, francogallicae) nomina ducuntur quidem e verbo Latino, q.e. <i>remulcum</i>; tamen hoc verbum antiquum sensu differt a romanis illis, quae sunt <i>remorque, remolque, rimorchio</i>. Nam cum <b>romanica</b> valeant <b>rem, quae remulcatur, Latinum</b> illud verbum originale valet <b>instrumentum remulcandi</b>, i.e. rem, quāremulcatur. <b>Pater Iosephus Mir</b> in epistolā Andreae Avenario scriptā hanc quaestionem tractat aliquatenus leviter: “...quidni ‘remulcum’ adhibeamus licet primigenius verbi sensus non nihil immutetur?” - In hac re Hispanus collector multorum Novorum Verborum Latinorum sedulus et optimè meritis mihi videtur operari potius more Procrusteo quam ratione verè Latinā. Tamen multum valet origo verè Latina verborum illorum romanorum; quid faciamus? – Adhibeamus stirpem verbi temporalis antiqui suffixo instructam, quod est “-men”: *<b>remulcāmen</b>, -inis n. Ergo liceat dicere *<b>remulcāmen remulcō remulcārī</b>. Bene quadrat significatio huius suffixi: cfr Kühner/Holzweissig, Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache, Erster Teil, Darmstadt 1978, §219, p.966 b) γ): “...mēn Gen. – mīnīs zur <b>Bezeichnung</b> eines tätigen oder <b>eines leidenden bewirkten Gegenstandes</b>: ag-men (neben ag-ēre), flā-men (neben flāre), flū-men (neben fluēre), ful-men (fulgēre), crī-men (radix cri- κρῖνειν), lū-men statt *luc-men (neben lūcēre), nū-men (neben nuēre), nō-men (skr. nā-ma(n), zd. nā-man), volū-men statt *volv-men (neben volvēre), seg-men (neben secāre), frag-men (neben fra-n-gere), fig-men (nachklass.), sē-men (neben serēre) usw.; ferner certā-men, sōlā-men, usw., farcī-men;”]</p>
Stromanschlusskabel	lighting cable	raccord de signalisation	cable de alumbrado	cavo di raccordo per luci di segnalazione	<b>capulum lūminārium</b>
Sicherheitskette	tow safety chain	chaîne de sûreté	cadena de seguridad	catena di sicurezza	<b>catēna sēcūrītātis</b>

Anhängerkupplung	tow bar	timon	barra de remolque	barra di traino	<b>tēmō</b> , -ōnis m.
Tür	door	porte	puerta	porta	<b>iānuā</b> , -ae f.
Klappstufe	retractable step	marchepied escamotable	escalón retráctil	gradino rientrabile	<b>gradus replicābilis</b>
Stauraum	storage compartment	coffre à bagages	compartimiento para almacenamiento	vano portattrezzi	<b>*compartimentum sarcinārum</b> [1. cfr <a href="https://flexikon.doccheck.com/de/Compartimentum_femoris_anterius">https://flexikon.doccheck.com/de/Compartimentum_femoris_anterius</a> ]; "Als <b>Compartimentum femoris anterius</b> oder <b>Extensorloge des Oberschenkels</b> bezeichnet man ein <b>Kompartiment</b> (Fach), das die <b>Streckmuskulatur</b> des Oberschenkels beherbergt".]
Steckdose	external socket	prise électrique	toma de corriente	presa di corrente	<b>capsa contactūs</b> [cfr Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.86]
Haltegriff	grab handle	poignée montoir	asidero	maniglia	<b>manubrium</b> , -ī n.
<b>Zeltwagen</b>	trailer tent	tente-caravane	caravana plegable	carrello tenda	<b>currus *tentōriātus</b> [2. cfr Franciscus Páriz Pápai, Dictionarium Latino-Hungaricum, Leutschoviae 1708, p.203: "Toros: tentoriatus, a, um, ad tentorium pertinens, habens tentorium, tentoralis,e ]]
Dach	roof	toit	techo	tetto	<b>tēctum</b> , -ī n.
Fliegengittertür	screen door	porte moustiquaire	puerta mosquitera	porta a zanzariera	<b>iānuā +cōnōpēāta</b> [2. Benedicti XIV. Appendices ad quattuor libros De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione, tom.VII, Romae 1749, p.129: "...ac a dextra, in puncto scilicet, ut videbatur, medio accommodatum suggestulum <b>conopeatum</b> ,..."]]
Vordach	canopy	auvent	toldo	tettuccio	<b>suggrunda</b> , -ae f.
Fenster	window	fenêtre	ventana	finestrino	<b>fenestra</b> , -ae f.
Aufbau	body	coque	carrocería	scocca	<b>ploxenum</b> , -ī n.
Stütze	stabilizer jack	béquille d'appoint	gato estabilizador	supporto stabilizzatore	<b>fultūra</b> , -ae f.
Reserverad	spare tyre	roue de secours	rueda de repuesto	ruota di scorta	<b>rota subsidiāria</b> [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.334]
Bett	bunk	lit	litera	letto	<b>lectus</b> , -ī m.
<b>Wohnmobil</b>	motor home	autocaravane	autocaravana	autocaravan	<b>*autocinētum habitābile</b>
Leiter	ladder	échelle	escalerilla	scala	<b>scāla</b> , -ae f.
Gepäckträger	luggage rack	porte-bagages	portaequipajes	portabagagli	<b>sustentāculum sarcinārum</b> [Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.41]
Klimaanlage	air conditioner	climatiseur	aire acondicionado	condizionatore	<b>temperāculum āerium</b> [1.APUL.flor.6]

<b>p.688 Bus</b>	bus	autobus	autobús	autobus	<b>*lāophorum</b> , -ī n. [cfr ngr. λεωφορείο] <b>autoraeda longa</b> [Bacci, Lexicon vocabulorum, quae difficilium Latine redduntur. 4.ed. Roma 1963, p.96]
<b>Schulbus</b>	school bus	autobus scolaire	autobús escolar	scuolabus	<b>*lāophorum scholāre</b>
Außenspiegel	outside mirror	rétroviseur extérieur	espejo retrovisor exterior	specchietto retrovisore esterno	<b>speculum externum</b>
Weitwinkelspiegel	blind spot mirror	rétroviseur grand-angle	retrovisor de gran angular	specchietto per il punto cieco	<b>speculum māgnī angulī</b>
Blinklichter	blinking lights	feux intermittents	faros intermitentes	luci intermittenti	<b>lūmina intermittētia</b> [Vox Latina 1983, p.161]
Sicherheitsspiegel	crossover mirror	miroir de traversée avant	espejo de cercanías	specchietto anteriore di accostamento	<b>speculum sēcūritātis</b>
Absperrarm	crossing arm	bras d'éloignement	barra distanciadora	barra distanziatrice	<b>bracchium</b> <b>*ēlongātōrium</b> [2. cfr nomen entomologicum: Paraphylax elongatorius]
<b>Reisebus</b>	coach	autocar	autocar	pullman	<b>*lāophorum itinerārium</b>
Motorlufteinlass	engine air intake	prise d'air du moteur	toma de aire del motor	presa d'aria del motore	<b>immissārium āeris</b> <b>*mōtrālis</b>
Tür	door	porte	puerta	portello	<b>iānuā</b> , -ae f.
Motorraum	engine compartment	compartiment moteur	compartimiento motor	vano motore	<b>*compartimentum</b> <b>*mōtrāle</b> [1. cfr <a href="https://flexikon.doccheck.com/de/Compartimentum_femoris_anterius">https://flexikon.doccheck.com/de/ Compartimentum_femoris_anteriu s</a> : "Als <b>Compartimentum femoris anterius</b> oder <b>Extensorenloge des Oberschenkels</b> bezeichnet man ein <b>Kompartiment</b> (Fach), das die <b>Streckmuskulatur</b> des Oberschenkels beherbergt".]
Gepäckraum	baggage compartment	soute à bagage	maletero	bagagliaio	<b>*compartimentum sarcināle</b> [2. cfr AMM.15,5,3; 29,4,5]
<b>Linienbus</b>	city bus	autobus	autobús urbano	autobus urbano	<b>*lāophorum urbānum</b>
Lufteinlass	air intake	prise d'air	toma de aire	presa d'aria	<b>immissārium āeris</b>
Linienanzeige	route sign	indicateur de ligne	indicador de línea	indicatore di linea	<b>+indicāmen līneae</b>
zweiflügelige Ausgangstür	two-leaf door	porte à deux vantaux	puerta de los hojas	porta a due battenti	<b>iānuā bivalvāta</b> [2. cfr nomen entomologicum: <a href="https://sv.wikipedia.org/wiki/Rhizaspidotus_bivalvatus">https://sv.wikipedia.org/wiki/Rhi zaspidotus_bivalvatus</a> ]
<b>Doppeldeckerbus</b>	double-decker bus	autobus à impériale	autocar de dos pisos	autobus a due piani	<b>*lāophorum *dīstegum</b> [2. cfr Georges, Ausführliches Lateinisch-Deutschen Handwörterbuch, 14.ed., Hannover 1976, tom.I, col.2232: " <b>distegus</b> , um (δίστεγος, ον), <b>zweistöckig</b> , armarium (Totengruft), Corp.inscr.Lat. 6,1600. – subst., distegum, in n. Eine zweistöckige Totengruft, Corp.inscr.Lat.. 6,2653" ]
Oberdeck	upper deck	impériale	piso superior	piano superiore	<b>stega superior</b>
Linienanzeige	route sign	indicateur de ligne	indicador de línea	indicatore di linea	<b>+indicāmen līneae</b>

<b>Bus für Spezialtransporte</b>	specialised transportation bus	autobus pour transport adapté	autobus de transporte especial	bus per il trasporto speciale	<b>*lāophorum trānsportātiōnis speciālis</b>
elektrische Schiebetür	lift door	porte de l'élévateur	puerta de la plataforma elevadora	porta dell'elevatore	<b>iānuā *plānifōmae ēlevātōriae</b>
Außenspiegel	trail-view mirror	rétrovisueur	espejo retrovisor	specchietto retrovisore	<b>speculum *retroscopicum</b> [cfr Societas Latina 1951, p.14, s.v. Rückspiegel: "speculum *retroscopicum". - cfr Joseph D. Lesser, Latin-English Dictionary, s.v.: "retroscopicus, retroscopica, retroscopicum (ADJ) --- backviewing" ]
Weitwinkelspiegel	blind spot mirror	rétrovisueur grand-angle	retrovisor gran-angular	specchietto per il punto cieco	<b>speculum māgnī angulī</b>
Einstiegstür	entrance door	porte d'entrée	puerta de entrada	porta di entrata	<b>introitus, -ūs m.</b>
Trittfläche	platform	plateforme	plataforma	piattaforma	<b>*plānifōma, -ae f.</b>
Rollstuhllift	wheel chairlift	élévateur pour fauteuils roulants	plataforma elevadora para silla de ruedas	elevatore per sedie a rotelle	<b>anabathrum sellae subrotātae</b> [2./3. Eichenseer, Vox Latina 1982, p.492]
Haltegriff	handrail	barre de maintien	pasamano	corrimano	<b>manubrium, -ī n.</b>
<b>Gelenkbus</b>	articulated bus	autobus articulé	autobús articulado	autobus articolato	<b>*lāophorum articulātum</b>
steifer Nachläufer	rear rigid section	tronçon rigide arrière	remolque rigido trasero	sezione rigida posteriore	<b>*remulcāmen rigidum</b> [2. cfr supra s.v. "Anhängen"]
Gelenk	articulated joint	section articulée	sección articulada	passaggio a soffietto	<b>articulātiō, -ōnis f.</b>
steifes Vorderteil	front rigid section	tronçon rigide avant	sección rigida de tracción delantera	sezione rigida anteriore	<b>*lāophorum anterius rigidum</b>
<b>p.690 Lastkraftfahrzeuge</b>	trucking	camionnage	camiones	autoveicoli industriali	<b>*autoplaustra, -ōrum n.pl.</b>
<b>Sattelschlepper</b>	tractor unit	tracteur routier	camión tractor	motrice	<b>*autoplastrum tractōrium</b>
Scheinwerfer	headlight	phare	faro delantero	proiettore	<b>lūminar, -āris n.</b>
Kühlerhaube	bonnet	capot	capó	cofano anteriore	<b>cooperculum anterius</b>
Peilstableuchte	side marker light	feu de gabarit	luz lateral	luce di ingombro laterale	<b>lūx laterālis</b>
Fanfare	air horn	avertisseur pneumatique	bocina neumática	avvisatore acustico a tromba	<b>būcina pneumatica</b>
Auspuffrohr	exhaust stack	cheminée d'échappement	tubo de escape	tubo di scappamento	<b>tubus ēmissōrius</b> [Groß, Vox Latina 1986, p.156]
Windschutzscheibe	windscreen	pare-brise	parabrisas	parabrezza	<b>vitrum *antiāerium</b> [Eichenseer, Latinitas Viva, Pars Lexicalis, Saarbrücken 1981, p.44]
Windabweiser	wind deflector	défecteur	deflector de viento	spoiler	<b>*ventifugium, -ī n.</b> [cfr *cimicifugium, *vermifugium, *muscifugium]
Seitenspiegel	trail-view mirror	rétrovisueur	espejo lateral	specchietto retrovisore esterno	<b>speculum laterāle</b>
Schlafkabine	sleeper cab	compartiment-couchette	cabina para dormir	cuccetta	<b>cubīle, -is n.</b>
Haltestange	grab handle	poignée montoir	asidero	maniglia di salita	<b>manubrium, -ī n.</b>

Stauraum	storage compartment	coffre de rangement	espacio para almacenamiento	vano portaoggetti	<b>*compartimentum conditōrium</b> [1. cfr <a href="https://flexikon.doccheck.com/de/Compartimentum_femoris_anterius">https://flexikon.doccheck.com/de/Compartimentum_femoris_anterius</a> ]; "Als <b>Compartimentum femoris anterius</b> oder <b>Extensorloge des Oberschenkels</b> bezeichnet man ein <b>Kompartiment</b> (Fach), das die <b>Streckmuskulatur</b> des Oberschenkels beherbergt".]
Sattelkupplung	fifth wheel	sellette d'attelage	disco de articulación	organo di raccordo	<b>discus articulatiōnis</b>
Schmutzfänger	mud flap	bavette garde-boue	guardabarros	aletta del parafango	<b>lacinia *luticeps</b>
Reifen	tyre	pneu	neumático	pneumatico	<b>canthus pneumaticus</b>
Tankdeckel	filler cap	bouchon du réservoir	tapa del tanque	tappo del serbatoio	<b>operculum immissariī</b>
Kraftstofftank	fuel tank	réservoir à carburant	tanque del combustible	serbatoio per il carburante	<b>immissarium benzini</b>
Trittstufe	step	marchepied	escalón	gradino	<b>gradus, -ūs m.</b>
Rad	wheel	roue	rueda	ruota	<b>rota, -ae f.</b>
Kotflügel	wing	aile	guardabarros	parafango	<b>*luticipulum, -ī n.</b> [cfr Palaestra Latina 1960, p.218]
Stoßfänger	bumper	pare-chocs	parachoques	paraurti	<b>*pulsicipulum, -ī n.</b>
Kühlergrill	radiator grille	calandre	calandra	griglia del radiatore	<b>crātīcula *refrigeratōriī</b>
Nebelscheinwerfer	fog light	feu antibrouillard	luz antiniebla	faro fendinebbia	<b>lūminar nebulāre</b> [Eichenseer, Vox Latina 1982, p.331]
<b>Sattelzug</b>	articulated lorry with trailer	train routier	camión articulado	autoarticolato	<b>*autoplastrum articulātum</b>
Zugmaschine	tractor unit	tracteur	camión tractor	motrice	<b>*autoplastrum tractōrium</b>
Auflieger	semi-trailer	semi-remorque	semirremolque tipo caja	semirimorchio	<b>*sēmiremulcāmen</b> [cfr supra s.v. "Anhängen"]
Anhängen	truck trailer	remorque	remolque tipo caja	rimorchio	<b>*remulcāmen</b> <b>*autoplastrī</b> [1. cfr supra s.v. "Anhängen"]
<b>p.691 Kühlsattel-anlieger</b>	refrigerated semi-trailer	semi-remorque frigorifique	semirremolque frigorífico	semirimorchio frigorifico	<b>*sēmiremulcāmen frīgorificum</b> [1. v. supra s.v. "Anhängen"; 2. GELL.17,8,14]
Seitenwand	sidewall	paroi latérale	panel lateral	parete laterale	<b>paries laterālis</b>
Stirnwand	frontwall	paroi avant	panel frontal	parete anteriore	<b>paries frontālis</b>
Peilstableuchte	side marker light	feu de gabarit	luz lateral	luce di ingombro laterale	<b>lūx laterālis</b>
Kühlaggregat	refrigeration unit	groupe frigorifique	unidad de refrigeración	gruppo frigorifero	<b>ūnitās frīgorifica</b>
Luftklappe	vent door	volet d'air	ventilador	presa d'aria	<b>foricula aëris</b>
Batteriekasten	battery box	boîtier de batterie	caja del acumulador	cassa portabatteria	<b>capsa *accumulātrī</b>
Partlow-Schreiber	partlow chart	disque de papier-diagramme	regulador de temperatura	diagramma di carico	<b>*thermographum, -ī n.</b>
Stromanschluss	electrical connection	accouplement électrique	conexiones	collegamento elettrico	<b>annexiō *ēlectrica</b>
Zugsattelzapfen	kingpin	pivot d'attelage	perno maestro	perno di agganciamento	<b>cnōdāx adiunctivus</b> [1. VITR.10,2,11. – 2. Gramm.]
ausklappbare Stützvorrichtung	landing gear	béquille	dispositivo de amarre	supporto retrattile	<b>fulcrum retractile</b> [cfr nomen araneae: <a href="https://nl.wikipedia.org/wiki/Solen">https://nl.wikipedia.org/wiki/Solen</a> ]



					ysa_retractilis]
Stützfuß	sand shoe	sabot	zapata	piede de appoggio	<b>pēs *innixōrius</b> [2. cfr Laurentius Cupaerus, Anthropon eschata quattuor hominum novissima..., Coloniae 1583, p.42 sq.PELTOM. Sed ut confortentur manus dissolutae et fatigatae, quid faciam? VRAN. Requirendus est <b>innixorius baculus.</b> "]
Kurbel der Stützvorrichtung	landing gear crank	manivelle	manivela	manovella del supporto	<b>cūpa *fulcrālis</b> [2. Steinmann/Zombori, Dictionary of Insect morphology, in: Handbook of zoology, IV,34, Berlin/New York 1999, p.209: seta <b>fulcralis</b> ]
Zusatztank	auxiliary tank	réservoir auxiliaire	tanque auxiliar	serbatoio ausiliario	<b>conceptāculum *benzīni auxiliāre</b>
Wand-Untergurt	side rail	longeron	banda ateral protectora	longherone laterale	<b>rēgula laterālis</b>
Rückstrahler	reflector	réflecteur	reflector	catarifrangente	<b>*reflexōrium, -ī n.</b> [Tassius, Photicae (quae vulgo optica dicitur) compendium, Hamburg 1678, p.29, V "In convexo speculo, perinde ut in plano, radius incidens ac reflexus conjunctim, minores sunt binis quibusque radiis etiam conjunctim sumptis, qui ab eodem lucido puncto ex alii incidentiae punctis.ad idem <b>reflexorium</b> punctum referuntur".]
Schmutzfänger	mud flap	bavette garde-boue	guardabarros	alettone parafango	<b>lacinia *luticeps</b>
<b>Sattelpritschen-anhänger</b>	flatbedtruck	semi-remorque plateau	semirremolque tipo plataforma	autocarro a pianale	<b>*remulcāmen plānum</b> [1. v. supra s.v. "Anhänger"]
Stirnwand	bulkhead	paroi de bout	mampara de contención	sponda frontale	<b>paries frontālis</b>
Rungentasche	stake pocket	gaine de rancher	ranura para toldo	incastro permontante	<b>sulcus umerulī</b> [2. cfr DWDS, Der deutsche Wortschatz von 1600 bis heute, <a href="https://www.dwds.de/wb/dwb/Kipf">https://www.dwds.de/wb/dwb/Kipf</a> f, s.v. Kipf, Kipfe: "die Runge, <b>Stemmliste am Rüstwagen</b> , ...mhd. in Glossen: 'humeruli chiphen .... ebenso ahd. Häufig 'humerulus chipha', 'humeruli chipha, chiphi, chipfun, chiffun, chippun' Graff 4, 370. 371 '- ]
Ladefläche	load platform	plateau	plataforma	piano di carico	<b>*plānifōrma, -ae f.</b>
Rücklicht	rear light	feu rouge arrière	luz trasera	fanale posteriore	<b>lūmināria posteriōra</b> [Eichenseer, Vox Latina, 1982, p.331]
Blinker	indicator	clignotant	intermitente	indicatore di direzione	<b>index coruscus</b> [Eichenseer, Vox Latina 1983, p.161]
Spritzlappen	mud flap	bavette garde-boue	guardabarros	alettone del parafango	<b>lacinia *luticeps</b>
Unterfahrerschutz	bumper	pare-chocs	parachoques	paraurti	<b>*pulsicipulum, -ī n.</b>
Peilstableuchte	side marker light	feu de gabarit	luz lateral	luce di ingombro laterale	<b>lūx laterālis</b>
Kurbel der Stützvorrichtung	landing gear crank	manivelle	manivela	manovella del supporto	<b>cūpa *fulcrālis</b> [2. Steinmann/Zombori, Dictionary of Insect morphology, in: Handbook of zoology, IV,34, Berlin/New York 1999, p.209: seta <b>fulcralis</b> ]
Rammschutzleiste	rub rail	rail de guidage	banda protectora	guida metallica di	<b>rēgula prōtēctōria</b>

				protezione	
<b>p.692 Beispiele für Sattelkraft- fahrzeuge</b>	examples of articulated trucks	exemples de semi- remorques	ejemplos de camiones articulados	esempi di autoarticolati	<b>exempla</b> <b>*autoplaustrōrum</b> <b>articulātōrum</b>
<b>Autotransporter</b>	car transporter	semi-remorque porte-véhicules	trailer para transporte de vehiculos	bisarca	<b>*autoplastrum</b> <b>*raediferum/</b> <b>*cīnētophorum</b>
<b>Kofferauflieger</b>	van body truck	semi-remorque fourgon	semirremolque furgón	semirimorchio furgonato	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>*trānsportātōrium</b> [cfr supra s.v. "Anhänger"]
<b>Tanklastzug</b>	road tanker	semi-remorque citerne	camión cisterna	autocisterna	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>*cisterniferum</b> [3. Lexicon recentis Latinitatis, Bonn 1998, p.361, s.v. Tanker: "...2 navis cisternifera automataria, f."; id. S.v. Tankflugzeug: "1.aeronavis cisternifera. F. Syn.: aeroplanum cisterniferum; vgl. Lat.32,1984,287; ...2 aeroplanum cisterniferum, n.; vgl. Lat.,32,1984,287" ]
Tankauflieger	tanker body	citerne	cisterna	cisterna	<b>cisterna, -ae f.</b>
<b>Kipplader</b>	dumper truck	semi-remorque benne	camión volquete	ribaltabile	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>+effūsōrium</b> [1. cfr supra s.v. "Anhänger"; 2.Nicolai de Cusa Opera omnia: Sermones II (1443-1452), edidit R. Haubst et H ..., p.723: effusorius,a,um: LIV,10,1]
aufgesattelter Kippanhänger	dumper body	benne basculante	volquete basculante	cassone ribaltabile	<b>+effūsōrium</b> <b>impositicium</b>
<b>Sattelanhänger für den Spantransport</b>	chip van	semi-remorque à copeaux	semirremolque con lona	autocarro per trucioli	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>assulārum</b>
<b>Container- auflieger</b>	container truck	semi-remorque porte-conteneur	semirremolque porta container	semirimorchio portacontainer	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>*cībōtophorum</b>
Drehfeststeller	twist lock	verrou tournant	bloqueo giratorio	fermo girevole	<b>claustrum versātile</b>
<b>Kühlaufliieger</b>	refrigerated truck	semi-remorque frigorifique	semirrimolque frigorifico	camion frigorifero	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>frīgoriferum</b>
<b>Sattelanhänger für den Baumstamm- transport</b>	log truck	semi-remorque à grumes	semirremolque para el transporte de troncos	autocarro per il trasporto dei tronchi	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>*trunciferum</b>
<b>Satteltieflade- anhänger für den Tiertransport</b>	possum-belly body truck	semi-remorque betailère surbaissée	semirremolque jaula bajo para transporte ganadero	semirimorchio ribassato per il trasporto del	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>*profundātum</b> <b>*zoophorum</b>

				bestiame	[2. cfr p.398sq.: "(A)es autem invenitur in venis lapidis, et quod est apud locum qui dicitur Goselaria, est purissimum et optimum, et toti substantiae lapidis incorporatum, ita quod totus lapis est sicut Marchasita aurea, et <b>profundatum est</b> melius ex eo quod purius".]
<b>Satteltiefladeanhänger für den Transport von Panzerfahrzeugen</b>	double drop lowbed truck	semi-remorque porte-engins surbaissée	semirremolque bajo portamáquinas	semirimorchio ribassato per il trasporto di mezzi corazzati	<b>*sēmiremulcāmen</b> <b>*profundātum</b> <b>*harmatophorum</b>
<b>Panzer(fahrzeug)</b>	tank	char d'assaut	tanque, carro de combate	carro armato	<b>*harma</b> , -atis n. [cfr Liddell-Scott, p.242, s.v. ἄρμα, ἄρμα, ἄρμα, τό, "chariot, esp. war-chariot, ..."; cfr ngr. ἄρμα μάχης "Kampfwagen, Tank" ] adi.: <b>*harmaticus</b> , -a, -um
<b>p.693</b> <b>Beispiele für Lastkraftwagen</b>	examples of trucks	exemples de camions	ejemplos de camiones	esempi di camion	<b>exempla</b> <b>*autoplaustrorum</b>
<b>Müllabfuhrwagen</b>	collection truck	benne à ordures	compactadora	compattatore	<b>*autoplastrum</b> <b>purgāmentorum</b>
Ladevorrichtung	loading hopper	trémie de chargement	tolva de carga	tramoggia di caricamento	<b>machināmentum</b> <b>carricandī</b>
Verdichter	packer body	benne tasseuse	empaquetadora	cassone di compattazione	<b>*condēnsātōrium</b> , -ī n.
<b>Transporter</b>	van	camion porteur fourgon	camioneta	furgone	<b>*autoplastrum</b> <b>*trānsportātōrium</b>
<b>Kipper</b>	tipper truck	camion-benne	camión basculante	ribaltabile	<b>*autoplastrum</b> <b>+effūsōrium</b>
Kipppritsche	dumper body	benne basculante	volquete	cassone ribaltabile	<b>+effūsōrium</b> , -ī n.
<b>Saugfahrzeug</b>	cesspit emptier	camion de vidange	aspiradora de fangos	camion per spurghi	<b>*autoplastrum</b> <b>*assūctōrium</b>
<b>Transportmischer</b>	cement mixer truck	bétonnière	hormigonera	betoniera	<b>*autoplastrum</b> <b>+calcestrī miscendī</b>
<b>Tankwagen</b>	tanker	camion-citerne	camión cisterna	autobotte	<b>*autoplastrum</b> <b>*cisterniferum</b> [Lexicon recentis Latinitatis, Bonn 1998, p.361, s.v. Tanker: "...2 navis cisternifera automataria, f."; id. S.v. Tankflugzeug: "1.aeronavis cisternifera. F. Syn.: aeroplanum cisterniferum; vgl. Lat.32,1984,287; ...2 aeroplanum cisterniferum, n.; vgl. Lat.,32,1984,287" ]
Tank	tanker body	citerne	cisterna	cisterna	<b>cisterna</b> , -ae f.
<b>Wechselaufbau</b>	detachable body	carrosserie amovible	carrocera amovible	camion a cassone amovible	<b>*autoplastrum ploxenī</b> <b>mūtābilis</b>

Abschleppwagen	tow truck	dépanneuse	grúa remolque	autogrù	*geranocīnētum, -ī n. [cfr ngr. γερανός]
Kabel	cable	câble	cable	cavo	capulum, -ī n.
Abschleppkran	boom	poutre de levage	brazo de elevación	braccio di sollevamento	*geranus, -ī m.
Winde	winch	treuil	cabestrante	verricello	ergata, -ae m.; trochlea, -ae f.
Windensteuerung	winch controls	commandes du treuil	mandos del cabestrante	comandi del verricello	moderāmen ergatae; moderāmen trochleae
Schleppvorrichtung	towing device	dispositif de remorquage	dispositivo de remolque	dispositivo di rimorchio	māchināmentum remulcandī
Hubzylinder	elevating cylinder	vérin	cilindro elevador	cilindro di sollevamento	cylindrus ēlevātōrius
Haken	hook	crochet	gancho	gancio	uncus, -ī m.

Proxima pars inscribitur VOCABULA VEHICULORUM (VI).

**Haec vocabula communicatoria  
excerpsit et in Latinum convertit  
Nicolaus Groß  
LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de>

**CORRIGENDA (EL 196)**

Fri, 12 Apr 2019 10:18:29 +0200

**Victorius Nicolao salutem.**

In Epistula Leonina numero 196 signata Italicis voces locutionesve scriberem hasce:

1) Pag. 12, linea 7: 'condotto per la miscela' vel 'tubo della miscela'.

2) Pag. 12, linea 8: 'capsella (carteriana)'.

3) Pag. 15, linea 13: 'parti di uno pneumatico' (quoniam ante vocabula Italica incipientia ab litteris <s+alia consonans> [ex. 'specchio', id est 'speculum'], <z, x, gn, ps>, in bono sermone Italico articuli scribendi sunt hi: sing. <lo>, <uno>; plur. <gli>). Haec regula tibi procul dubio nota est. Noli autem mirari, mi Nicolae, si in actis diurnis Italicis (interdum in libris quoque) legeris: 'il pneumatico', 'un psichiatra', similioresque formas mendosas.

4) Pag. 16, linea 7: 'pneumatico per tutte le stagioni'.

5) Pag. 18, linea 6: 'contenitore della batteria'.

**Valeas pancratice.**

<https://ucp.academia.edu/MJesus>



**Mihi nomen est Michael Iesu.**

Lusitanus sum et Olisippone habito.

Operam dedi Theologiae ac Scientiis Religiosis in Instituto Superiore Theologiae Eborae et in Universitate Catholica Lusitana. Cultor amantissimus linguae Latinae sum. Indagare aptissima subsidia Latinitatis ac optime Latine scribere posse maxime cupio. Mihi valde placet me immergere in cultum linguamque Latinam et ita, legendo ac scribendo, tempore otii frui. Me valde delectat alios Latinitatis cultores cognoscere, ita ut ampliorem melioremque linguae Latinae notitiam assequi possim. Cottidie maximas gratias ab imo pectore ago omnibus sodalibus qui in hac re me adiuvant. EUGE! LATINITAS NON PERIIT, SED VIVERE PERGIT IN OMNIBUS EIUS AMATORIBUS! PERGAMUS HAC VIA SINE MOLESTIA ANIMIQUE ABIECTIONE, QVAE EX DIFFICULTATIBUS TEMPORUM HODIERNORUM FORTE ORIRI POSSIT! MACTE!

POST SCRIPTVM. Habeo gregem in prosopobiblio LATINITAS appellatur: <<https://www.facebook.com/groups/601272229964651/>>

GREGI LATINITATIS LOCVM PARTITIONIS ET AMICITIAE ET COGITATIONIS DE CVLTVRA HVMANISTICA GRAECO-LATINA ESSE IN ANIMO EST. VOX EST QVAE CLAMAT IN HOC CVLTVRALI DESERTO VBI VIVIMVS, EST VIS QVAE ANIMVM ADDIT, FIRMAT, IMPLET VACVVM OMNIVM INFINITI SITIENTIVM, MEMORIA VALIDA PRAETERITI ET FVTVRI VOLVNTAS: PLENITVDO ANTHROPOLOGICA.

**BENE FACIETIS, SI VENIES IN LATINITATES!!!**

less

292 Followers | 90 Following | [20,418Total Views](#) | [top 0.1%](#)

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hôc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... 49,00 €
- 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... 42,00 €
- 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... 45,00 €
- 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... 25,00 €
- 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... 22,00 €

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIS AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mandata- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANSLATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	<b>FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA</b>	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	<b>FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA– Libri audibiles</b>	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	<b>TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM</b>	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	<b>ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE</b>	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	<b>ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE –Libri audibiles</b>	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	<b>MEMENTO MORI</b>	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	0040 A	978-3-938905-17-3	<b>MEMENTO MORI – Libri audibiles</b>	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	<b>DE CRAMBAMBULO</b>	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	<b>DE DINOSAURIS</b>	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	<b>SUDATORIUM VENERIS</b>	Diogenes Anaedou- s	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	<b>PERICULUM FRANCISCI</b>	Diogenes Anaedou- s	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	<b>NUPTIAE ABDERITANAE</b>	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	<b>TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN</b>	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	0050	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	0060	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	0070	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIIUM	Karl Friedrich Kilmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	0040	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90




28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM  
CENTESIMAM NONAGESIMAM SEPTIMAM  
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**



**Die Mercurii, 17. m.Apr. a.2019**

**Nicolaus Groß**  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae

